Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

mina et prius per occulte gratię pluuiam infun
dit. et post modum ne in inceptis uirtutibus immodera
tius profluat. disciplina intimę dispensationis pre
mit. ut quam perceptę gratię pluuia irrigat. etiam dis
ciplinę rigor astringat. ne si aut ante quam de
bet. aut plus quam necesse est inceptas uirtutes pro
ferat. fruges in herbam uertat. Plerumque enim
ab inchoantibus opus bonum dum prius quam opor
tet ostenditur. a grano perfectionis inanitur. Et ple
rumque uirtutes dum plus quam necesse est exuberant.
exaltant. Unde et electorum suorum dominus uel ante tem
pus desideria retinuit. uel rursum in tempore
ultra mensuram profectus premit. Ne si aut ante
quam debent. aut plus quam debent proficiant. per
profectus sui magnitudinem in elationis defectum
cadant. Nam cum cor post peccata conpungitur. terra
quę aruerat infusione pluuię rigatur. et cum re
lictis iniquitatibus bona exequi opera proponit. quasi
post infusionem semina accepit. Et plerique cum
desideria sancta conceperint. in summis iam exerce
ri uirtutibus inardescunt. ut non solum culpa opera
tionem non inquinet. sed nec cogitationem pulset.
Et adhuc quidem in corpore positi sunt. sed nil iam perpe
ti de communione uitę presentis uolunt. Imitari
per intentionem mentis ęternam stabilitatem appe
tunt. [illegible] sed interuenientibus temptationibus
reuerberantur. ut uidelicet infirmi
tatis suę cum meminerint. et elati de uirtuti
bus quas acceperunt non sint. Quod dum mira disci
plinę repressione agitur. quid aliud quam super infu
sam terram gelu de cęlo generatur. Quid aliud
quam [illegible] de diuino utero glacies producitur. quando
de interno secreto dispensatio egreditur. et uo
luntates nostrę etiam in bonis desideriis frenantur.
Videamus. paulus infusa uidelicet terra quanta
disciplinę glatie premitur. dicit. Velle adiacet mihi.
perficere autem bonum non inuenio. Qui enim uelle
habere se asserit. iam per infusionem gratię quę
in se lateant semina ostendit. sed dum perficere bo
num non inuenit. profecto indicat. quanta illum super
nę dispensationis glacies premat. An ista glacies
eorum corda non presserat. quibus dicebat. ut non
quęcumque uultis illa faciatis. Ac si aperte diceret.
Occulta cordis uestri semina iam prodire in frugem
quęrunt. sed superni moderaminis gelu premuntur.
ut tanto post fecundius exeant. quanto diuini
iudicii prementia pondera patientius portant.
Et quia plerumque humana corda erumpere ad
uirtutes quas appetunt non ualent. eo ipso quo
ab intentionis suę perfectione resiliunt temp
tationum stimulis fatigantur. sed tamen easdem temp
tationes cogitationum conprimunt. seque per exercitati
onis usum in quodam uiuendi rigore conponunt.
bene subditur. In similitudine lapidis aquę du
rantur. quia et si fluxę cogitationes interius laces
cunt. nequaquam tamen usque ad consensum praui operis
trahunt. sed mens sub insolita bene uiuendi con
suetudine quasi sub quadam duricia exterius
abscondit. quicquid intus ex temptationis pulsa
tione mollescit. Ubi et bene subditur. Et superfici
es abyssi constringitur. quia praua cogitatio et si
usque ad suggestionem uenit. usque ad consensum
non prosilit. quia fluctuantes motus animi super
ductus rigor sanctę deliberationis premit. Potest
etiam in gelu uel glatie presentis uitę aduersitas
designari. quę dum sub asperitate sua sanctos conprimit.
ualentiores reddit. Dum enim nos omnipotens deus mo
lestiis exerceri permittit. atque ad melioris uitę sta
tum interueniente tristicia prouehit. miro consilio
super futuram frugem gelu et glatiem gignit.
ut electus quisque in hac uita tamquam in hieme
aduersa uentorum et frigorum toleret. et uelut in esti
ua serenitate postmodum fructus quos hic conceperit
demonstret. Unde et sponsi uoce unicuique ani
mę post huius mundi turbines ad illa ęternitatis
amena properanti dicitur. Surge propera amica mea.